



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Sinarvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

acceptam, referre se prosperitatem, ac propagationem Regni, & thori sui adhuc sterilis, fidenter, & sepe professus est. Itain  
Imag. 1. sec. Soc. l. 5. c. 9. f. 658.

Eorum iniurias proprias ducebat Sebastianus Rex.

23. A SEBASTIANO Bungensi etiam Rege Sebastiani Bungi Regis filio: qui Capralem nostrum morti se ac suos paratos offerentem benignissimis brachijs excepit, & inter multa hisce verbis amore, ac honore plenis dicendi clausulam conclusit. In summa bono este animo: Nam si quæ in alienis Prouincij contra vestros sunt iniuriæ, pro meis duco. Vos, quos complexos finu teneo, profecto nemo priusquam me lædet. Sic Par. 4. Hist. Soc. lib. 5. n. 240.

## A R E G I B V S S I N A R V M.

Et Sinensis ad Regni gubernacula vult ad mouere.

24. A REGE Potentissimo, qui (ut nouissimis ex Oriente litteris præscribitur) religiosissimis iuxta ac sapientissimis nostrorum hominum moribus deletabatur; & ita apud annum suum statuerat de ijs, ut regendis eos sui vice Regnis, Prouincijque vastissimis admouendos esse decerneret. Quam quidem principem inter Sinenses Proceres dignitatem cum intellexit à nobis modestè reiici, versa in maiorem tantæ virtutis admirationem veneratione, socios plus etiam quam ante sibi commendatos, & charos fundo extruendis in Urbe Regia Sacris ac religiosis edibus imperiuit. Ita apud Imag. 1. sec. Soc. l. 2. c. 6. f. 223.

Regis fauor erga socios.

His adde, quæ scribit P. Nicolaus Trigauius de Christiana expeditione apud Sinas l. 6. c. 13. fol. mihi 405. Nostri à rituum Magistratibus comprehensi in arcem legatorum retrusi erant: quod ut Regi constitut, dixisse fertur: Quorum hos homines oportuit comprehendendi, an fortassis latrones habentur? Eximius hic fauor Regis erga socios fuit: & pro singulari gratia ab omnibus habitus. Cui Regis alia benevolentia singularis accessit: quæ sic à citato Trigauio cap. 14.

cap.14.fo.419. his verbis refertur. Horaria machina aliquantum aber- Et bene-  
rauerat, forte in Eunuchis non satis erat ingenij, aut etiam animi ad uolentia  
eam moderandam: ergo de voluntate Regis illam in domum ad repa- singularis  
randum detulerunt; biduo igitur, triduōve, ubi hoc innotuit, magni  
ad nos facti concursus, id forte Rex rescit, & in posterum illam ma-  
chinam efferri vetuit, sed cum opus esset, nostros in Palatum venire  
voluit; que res magnam benevolentia Regis erga nostros concepta opis-  
tionem apud omnes concitauit.

## A R E G I B V S Æ T H I O P I A E.

25. \* **A SELTAN-SEGVED** Summo Imperatore tanti Societatis faciente, ut sponderet, Se post Deum illi famulaturum: qui etiam non verebatur Nostros appellare Magistros, ac Patres. Ita refertur in Relat. rerum Æthiop. lib. 2. cap.13.

Societas quantum ab Æthiopicis Regibus affimata?

26. \* **A MALA-SEGVED.** Qui publicè testabatur, se Societatis Patribus Dei seruis fauturum, quia nullus præ illis suum fauorem merebatur. Sic l. i. Hist. Orient. c.10. per Franciscum Suarez scriptæ.

27. **A ZALADINO MAHEMETE** Magni Mogoris literis ad Societatis Provinciam Goæ commorantem, quibus Nostrorum expeditionem ad Mogores Æthiopie Incolas, expetebat; & earum verba hæc erant: Ad Patrem præcipuum in nomine Domini literæ Zaladini Mahemetis Echebarixa Regis manu Dei constituti. Patres Collegij Sancti Pauli primores, scitote me vobis valde amicum esse. Mitio isthuc Ebadolam legatum meum, & Dominicum Perium (hic erat Christianus Interpres) petitum ut ad me duos Patres doctos mittatis, librosque legis, & nominatim Euangeliū, & legem, eiusque perfectiō-

nem